

*De virtutibus vitrioli in medicina, crudi  
vel calcinati. CAP. XVI.*

**A**D grauissimos stomachi dolores, & ægri-  
tudines ex inordinata cibi potus-  
que sumptione prouenientes, vel ad eius  
malam digestionem, crudum exhibitum  
quantitate sex cometz vel guttarum triū,  
puta granorum trium, debilibus in vino  
vel in aqua, robustioribus in vino destil-  
lato, radicitus omne vitium expurgat sur-  
sum atque deorsum pellens. In arcanis vo-  
catur vitriolum grillus, vel grilla. Non el-  
leborus, non coloquintida, neque digri-  
dion æquè vehementer purgant aut per-  
fectè curant ac istud, nec vermes pellendi  
facultatem habent. Est etiam ad caducū,  
inter curandum, præ cæteris optima per  
vitriolum purgatio. Eiusmodi proprie-  
tates à duplici natura sibi contigerunt, a-  
cetositatis videlicet, atq; falsedinis, qua-  
propter alijs multò nobilior medicina.  
Colchotar eius aut vt vocant caput mor-  
tuum rubeum intrò non est assumendū,  
nec nisi ad chirurgicales curas idoneum,  
ad vlcera putrida pro primo gradu mali-  
gnitatis, oleum verò sumendum, ad illa  
quæ